

STATORES  
PATRONOS  
FAVTORES  
REI LITERARIAE  
AD CELEBRANDVM  
NATALEM CX GYMNA-  
SII CASIMIRIANI  
QVA QVEMQVE OBSER-  
VANTIA PAR EST

INVITAT

JO. CONRADVS Schwarß/

ELOQ. ET GRÆC. LING. PROF. PUBL. ET  
ALVMNN. DVCC. SVB-INSPI.

se uariis Indifferenti generibus.



Tr. 3919.\*

STATOIRS  
PATRONOS  
EVATORES  
REI LIBERARiae  
AD CESTHIA  
MAGISTER  
C. CALVINA  
670 GENEVENSIS  
V. VENETIENSIS  
INITIALIA  
C. CALVINA  
TE LIBERARIA  
M. M. M. M. M.



D errores teterimos, qui vel e vetustatis tenebris revocati sunt, vel e pravis nostrorum temporum consilis nascuntur, referendus est *indifferentismus*, cuius barbarum nomen sectæ barbariem ita prodit, ut intuet. Signat enim errorem eorum, qui vel omnem omnino veritatem divinam, vel maximam saltem eius partem despiciunt ducunt. Late igitur patet huius verbi potestas, ut quæ sectas omnes complecti possit. Cum enim sectæ omnes multa veritatis divinæ monumenta tueantur, multa libenter cum erroribus commutent: nominis illius turpidinem ad omnes pertinere, satis est apertum. Verumtamen usus amplitudinem nominis adstringit ad eos, qui contentionem illam veritatis profitentur, vel saltem decretis quibusdam licenter declarant. Sed est aliquis, qui libello quodam indifferentismi nomen ad sectam quandam applicavit,

ad id ubi nullum erit contra sensum.

quæ

quæ, ut equidem arbitror, longe alio foret insigni-  
enda nomine, si curatius loqui libuisset. Quæ qui-  
dem animadversio si ab aliis dudum præcepta videatur;  
ea potius proponemus, quæ scriptores, quos nos  
quidem legerimus, prætermiserunt. Triplex enim  
indifferentismigenus emergit, si præcepta lectæ dili-  
gentius excusferis. Alii enim, salva morum disci-  
plina & severitate, præcepta quæ contemplationem  
præcipue spectant vel spectare videntur, licentius alper-  
nантur. Alii, salvis plerisque maiorum suorum de-  
cretis, disciplinam morum tam contentim & scele-  
rate tractarunt, ut nulla unquam gens barbara & a  
Christo aliena tam pestiferis cogitationibus mentem  
concelerarit, quam illi suos libros & discipulorum  
conscientiam. Quod si denique iis, quos utrorumque  
horum licentia efferravit, tertium stigma inurendum  
putaris; vereor, ne unum omnium turpissimum ge-  
nus indifferentismi nomine pene cohonestes. Sed si  
ita voles, si contendes; patiar. Jam si in causas tan-  
tae pestis inquiras, ecce præstantes quasdam Vir doctus  
concessit, qui gallico libro indifferentium confuta-  
vit. Unam repetit ex hominum cupiditate licentiae,  
nullis terminis circumscriptæ. Alteram ex affectata  
sapientiae reconditæ opinione. Tertiam promittit ex  
quorundam ingenii inertia & negligentia, qui subtili-  
tate pravorum ingeniorum facile capiantur & constri-  
naboup atadil sup. cimplo No 100. manusloeb 155  
\* Vulgo sub honestiore nomine latet hæc secta, sed, si fuerit deter-  
ser. s. huc eam referre nullus dubitabis.

Et teneantur. Quartam ex obtinendarum possessio-  
num & honorum studio. Quintam ex calliditate il-  
lorum, qui opinionum suarum insolentia via muni-  
turi, veritatis cuiuscunque momentum elevent, ne si  
suum veritati relinquatur pondus, ipsorum opiniones  
curatius per pensæ maiori sint abominationi. His equi-  
dem causis quamvis solerter congestis, non dubito,  
quin Autor plures addere, & paucis illis correctionem  
adhibere potuerit. Digeri enim & in suas quasi classes  
describi posunt, quibus deinde subjiciantur, quæcun-  
que usus & librorum lectio suggesserit. Mihi pro in-  
genii mei tenuitate, dum a doctioribus & perspicacio-  
ribus politiora proferantur, interea sic videtur institu-  
endum. Primum indifferentium eum, qui omnia  
vel certe pleraque singularum religionum capita satis  
cognita conculcat, secerni velim ab eo, qui eadem il-  
la ne perspecta quidem contemnat. Nam a calliditate  
simplicitas, & a malitia perfidiaque fatuitas internos-  
cenda est. Quos igitur ingenii tarditas, occupationum  
multitudo, similesque causæ a veritatis admiratione &  
existimatione distinent, in unam classem contrahendos  
putem, ut ab his, quos nos hic maxime notamus, sejun-  
gantur. In alteram duplex genus hominum conjici-  
am, quorum alteros maior quædam animi vis stimulet,  
ut ad veritatis pretium atterendum abutantur ingenio;  
alteros ingenii decipiat imbecillitas, quum objecta  
quædam species mentem perstrinxit. Ad posterio-  
rem numerum adscriperim eos, quorum mens quum

se

se diffi cultatibus quibusdam expedire non potuit, mox reliquam veritatem omnem nefaria quadam suspicione contaminat. Huc addendi sunt ii, qui aut opinata diversitate sententiarum, quibus usi sunt illi, qui aliis atque aliis temporibus a Deo fuerunt instigati, aut pravitate vitae doctorum hominum offensi, religionem omnem pro *ιωρωσινει φιλαθησι* habent. Huc referendi sunt qui scripturarum divinitatem nunquam curiose meditati, nec percipiendae mentis ac præceptorum Dei necessitatem suspicati, facile circumscribuntur. Nam, quod fanis hominibus miraculo est, ipsis scripturarum fragmentis e veritatis dejiciuntur possessione. Si quis igitur dubitet, an quisquam insipientia delectatus unquam fuerit, eorum intueatur exempla, qui opinioni suæ præsidium ex Rom. X, 9. Actor. X, 35. arcessierunt. Nam qui ad Matth. III, 4. & IV, 17. provocant, nec tempora illa noscitarunt, nec vocabulorum vim exploratam habent. Nam aliter profecto Hottentotæ, aliter populus divinis decretis instructus ad officium producitur. Multi disciplinarum, quibus assuefacti erant, obscuritate & incerta fide deterrentur, quo minus alibi lumen & constantiam suspicentur, Aristoxeni similes, qui, ne arte sua recederet, animum harmoniam dixit. Neque hic non memorabo aut eos, qui contemplationis cum actione non vident concordiam & individuum vinculum, aut eos qui ne internoscunt quidem *πτωχη* ab indifferentismo. Adhuc igitur genera revo- cari poterunt omnes, quos usus & historia suppeditarint.

Quod-

Quod si jam adeos progrediamur, qui acriore impetu  
ad religionum despiciētiam feruntur, multa itidem  
nobis occurſant genera. Primum sunt, qui amicitia-  
rum amplificatione delectati, veritatis elevent pretium.  
Ex eodem genere verentur quidam, ne, veritatis pretio  
vindicato, maxima hominum pars immisericorditer  
(ut ipsis videtur) & acerbe tractetur in perpetuum. Ad  
eundem numerum ascribendi sunt homines, qui par-  
tim diuturna pravorum hominum vexatio ne moti ve-  
ritatem adducunt in contemtionem; partim dolore eo,  
qui ex perpetuitate pugnæ illius, quam Christianæ reli-  
gionis insigne dixeris, identidem nascitur. Nam crucia-  
tus illos, quibus naturæ domatur feritas, pauci homines  
forti, pauciores æquo ferunt animo. Deinde multi hoc  
monstrum alunt ideo, ne aut propter suas aut doctorum  
tuorum opiniones pudore suffundantur. Ma-  
lunt enim orbem terræ, quam suam & doctorum exi-  
stimationem concidere. His cognati sunt, qui erro-  
rum in vulgus spargendorum pericula evalsuri, jactan-  
da scientiæ vanitate anteoccupant animos. Negant  
enim, homines cuiusquam dogmatis aut sanctitate im-  
mutari, aut perversitate. Neque hinc illi longe distant,  
qui erroribus suis, ne præcludant aures, veritatis con-  
temtione præmuniunt aditum. Hos igitur infamiæ  
metus in ipsa infamia ad infamiam perpellit. Multi  
quum e disputationibus inferiores discesserunt, verita-  
tis pretium extenuarunt. Aliquis prava æmulatio  
veritatis contemtionem ingeneravit. Nonnulli ab il-

lu-

Iusti veritatis sede deturbati sunt odio reprehensionis  
Theologorum. Alii, ut ingenii demonstrarent vim, &  
doctrinæ principatum tenere viderentur; aliquid ausi  
sunt. His accedunt, qui ut Principum aut reditus aut  
affinitates & autoritatem amplifcent, contemnunt de  
religionibus sentiunt. Nec minus propriarum opum  
& admirationis aut spes aut cura multos allectavit ad  
veritatis gratiam & splendorem despiciendum. Tum  
etiam invidiæ hic suæ partes sunt, ut quam ipsa non asle-  
quitur veritatis laudem, obtrœctando atterat. Divitia-  
rum quoque aut spes, aut custodia multorum sollicitat  
animos. Denique, ut sit, non desunt, qui pluribus vel alte-  
ruius vel urriusque generis causis ad eandem impieta-  
tem concitentur. Sed fonte divisionis peritioribus de-  
monstrato, cuilibet haurire in proclive est. Nam mag-  
teria amplitudo librum postulat. Si cui otium est, hanc  
& reliquam huius generis copiam, cuius hic partem,  
constructam uno in loco, quasi per transennam præter-  
euntes strictim aspeximus, in lucem proferat & suo  
quidque loco collocet. Aliqua ipse in oratione de TVR-  
PITVDINE INDIFFERENTISMI attingam. Quam quum  
audieritis, Vobis Cives nostri, Casimirianæ leges propo-  
nentur, quas ut summi decoris vestri autores diligenter  
audietis, & pro salute Gymnassi vota nuncupabitis. Va-  
lete. P. P. a. d. VI. Non. Quintil. Ann. CIO 13CCXIV.

---

Coburgi, exscriptis Mauricio Hagen, Typogr. Ducal.